



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominicæ: De Hæmorhoissa sanata Matt. 9. Mar. 5. LUc.
8.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

ga ambitionis, studium intimæ ho-
militatis.

VI. De Patientia & lon- }
ganimiratis condi- }
tionibus, gradibus, }
fundamentis. } 39

VII. De Actibus internis } 6.p.med. }
externisque patien- }
tia, & incitamen- }
tis. } 40

24.hebd.
post
Trinit.

Dominica XXIV. post Tri-
nitatem.

I. De Hamorrhoiſſa ſanata. Matt. 9.
Marc. 5. Luc. 8.

I. **C**um Iesus sequeretur laicum Archi-
ſynagogum ad ſanandū eius filiam
mortuæ vicinam, mulier, qua ſanguinis flu-
xum paſſa duodecim annis in medicos or-
gauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab
ullo potuerat curari, acceſſit retrò & tetigit
ſimbriam veſtimenti eius, dicebat enim
intra ſe, ſi tantum tetigero veſtimentum
eius, ſalua ero. Et confestim ſiccatus eſt
fons ſanguinis eius. Magna fiducia mu-
licis

lieris tam inueterati morbi curatio-
nem tam firmiter sperantis; at multò
maior liberalitas Christi tam liberali-
ter integram sanitatem impertientis.
Quis de quibuscunq̄ue, quantumuis
inueteratis animi languoribus gratiã
Christi superandis desperet: si tantam
eius in languoribus corporis curandis
promptitudinem attentè perpendat?
Fiducia filialis, amor tam amabilis
Saluatoris.

II. *Christus conuersus ad turbam, aiebat:*
quis tetigit vestimenta mea? negantibus
omnibus, ait Petrus: Præceptor, turba te
comprimunt & affigunt, & dicis, qui me
tetigit? dixit Iesus: Tetigit me aliquis.
Nam ego noui virtutem à me exisse. Vi-
dens autem mulier quia non latuit, tremens
venit & procidit ante pedes eius: & ob
quam causam tetigerit eum, indicauit co-
ram omni populo, & quemadmodum confe-
ssim sanata sit. Aliquando Dominus
voluit miracula à se patrata occultari,
vt nos doceret in bonis operibus ex-
ercendis vitare inanem gloriam & ho-
minum plausum: nonnunquam, vti
hic, propalari, vt Archisynagogi &
turbæ sequentis imbecillem fidem
confirmare, atque in bonorum ope-
rum exercitatione subinde proximis

nostris ex pura intentione virtutum exempla monstranda esse ostenderet, sicque doceret exemplo, quod docuerat verbo: *Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Et: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.* Fuga vanæ gloriæ, cura vitæ exemplaris, & puræ intentionis.

III. *Et dixit illi Iesus: confide filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace.* Quam bonus Dominus his, qui recti sunt corde, quam liberalis erga sperantes in se! quam longè superat vota nostra pietatis suæ abundantia! illa sanitatem corporis speravit, & hanc, & simul animæ salutem impetravit, & filia gratiæ ex filia gehennæ fieri meruit. Quanto humilitatis, gratitudinis, amoris affectu hanc tantam Domini erga se benignitatem suspexerit, de prædicarit, & reliqua vita compensarit? Idem tibi similem gratiam toties experto faciendum existima.